

Johnsono Doct.  
Theol. Bredae.

Reverende Doctissime ~~Vir~~ Vir.

(396).

Gratam Principi fuisse muneri literarii oblationem  
cujus me proreuetam autor voluit, distuli per epistolam  
significare, eo quod spes erat coram id fieri posse, neque  
magno temporis intervallo. quod cum indies protrahatur,  
praemitto panem haec, ne qua vobis in suspicionem  
veniam mandati, vel neglecti, vel sequiter exequiti.  
Ejusdem culpa ut me purgem, apud ipsum Regium, dabo  
operam ut et honorarioli compos fiat, quali solet.  
Princeps clementissimus viris literatis bene currentibus  
addere velut aureum calcar. At verò, ne hic fuisse  
videatur dedicantis scopus, τὸ πρῶτον postulat, ut  
quae hinc spectant lente proeueantur, et suspenso gradu,  
omnia ego sic praestabo ut utilitatis simul et existi-  
mationis viri amici ratio habeatur, quantum par est  
et expedit. Interim hic vir Praestantissime non  
dissimulabo parum mihi aliisque Regio bene volentibus  
probari ipsam operis inscriptionem. Si enim Regia,  
ajunt, via inessisset, potuisset haec Cartesii Fundamen-  
ta nuncupasse industria discipuli vel illustrata, vel  
exemplis aucta, vel quid ejus modi. Quod autem hic  
absolute pro suis vendidit, quorum, absque Cartesius  
fuisse, ne syllaba quidem ei in mentem venisset, et  
hoc opusculo ipsius Cartesij editionem, adeo nunc re-  
centem occupet, sola facta levi onementiuncula de tanto viro.  
cujus proconio totam seorsim praefationem impensam  
oportuit, cum solenni παραστήσει, quod et quidem  
~~in~~ in panis, et quidem designatque locis, a magistro dissentire  
ausus esset, dubitemus an prudenter id omne sic patratum.  
et an salua proprus amicitia abiturum sit. Ad me quod  
affinet, factum nolim, ne quid contingere malevolis in-  
viti videamus, quo vitit, inquit ille, praestare majus  
fortuna potest, hastium discordiam. Ignosce sententi-  
am praecipitanti eadem libertates, qua Kadie philosophari  
licet. Si quis hoc aliud vocet quam candorem, injuriosus  
est sit. Longius abii quam destinaram, neque proinde  
otium suppetet ad ipsum Regium eadem scribenti.  
quasso hac fidelia utrumque parietem de albare sinat.  
tu vero ut me ames Vir Reverende  
Bergop Zom: 22: Sept: 1646.

Tui longi amantissimum

Smithio.